

est Sydera, celum ipso sui conspectu funguntur natura sua: videri pro officio est. Inhibeamus quadrigam Solis, & pernices incurvus coepsemus: negotians illud lumen situ & inertia sidat: celsus lux ratio cælorum, quotidianum pensum, elata illæ radiorum manus, quibus Oeconomus iste vniuersi dispensat cuncta in officiis suis, in praecordiis terræ metalla curdit, in viscere nubili fulmina; adhuc non otiosus erit, si aspiciatur decor naturæ est, & exornationi seroiet pulcherrimum sydus, velut honorarij aulici hoc naturæ atrium, & diuini prætorij decorabit frontem. At homo, cui omnia seruiunt, seruiet nihil, nisi sibi, nisi virtuti seruat. Nihil placidius, immo nihil pacatus, nihil conuenientius actuoſo sapiente, nihil impertinentius cessante. Quies animi, motus virtutis est; & tumultus mentis, otium inertis. Dicam aliud mirabilius: impertinentior est, qui nihil agit, quam qui nihil est. Quid, si male aliquid faciat? Anne reduci velles in præficiam non entium massam, & resolvi in inanitatem tuam, unde inductus fuisti in hoc naturarum vulgus? Minus es, si cessas. Arbor infrigifera taceiditur: quæres, quare? Ut non sit nempe, ut nihil sit. Utilior ergo est, cum non est, quam cum est sine fructu. Eligitur illud: igitur præfetur. In hac naturæ familia, suum cuique pensum darit: nullum orij priuilegium est: nobilia, actuosiora sunt & seruidiora. Respice primum agilitatis exemplum, cælum; deinde illustria, & calida elementa: proxima astris loco,

&amp;

*Eruderanda perturbationibus voluntas. 177*

& feruore sunt. Ignis suburbium celi est: terra torpens, & segnis, velut insula longè distat, proscripta videtur.

---

ASCESIS I.

---

*Eruderanda perturbationibus voluntas.*

**F**ruclius hactenus voluntatis, tranquillitas. *Cap. 55.*  
 tem, & latitiam in vniuerſum exhibuimus: modum eius, vsūmque eximij instrumenti reliquum est ostendere. Non fatis eis monitrare, quid agas: sed quòd, & quomodo, benè, aut melius. Post peccatum Musici iunat concha qualitas: post pacis fabricandæ modum, reflat instrumenti modus. Sepe manus eruditæ artificis ob rude peccat organum. In primis expeditum, mundumque oportet seruati: nam torpet rubigine & forde infœcum; exercitio tamen seruat limpidum, splendidum. Ita & voluntas sua gubernationi, & viui impeditur sua labé, sua passionum carie, suo ignavia orio, sua libidinum æragine, suo denique rudere. Diuinus Paulinus ait:

*Impurus amor, maculosa libido,  
Rudera sua anima.*

Vsus voluntatis libertas est. Probus vsus melioris electio, ciuique, quod rationi arideret, non quod adulatur passionibus, quibus inepta suo sit libertatis vsui, & quasi conspurcata he-

M

betatur.

betatur. Turbato latice arenula fundi perspici nequeunt, quæ in puta & limpida vnda patet: turbido quoque animo peruidet parum mens. Instabili, sūque dequé circumacto ocyus sp̄culo vultus ignoratus manebit; nulla apta cometur species et versatili corde nihil comode dicernitur, nihil salutare decernitur. Quæ lux refisteret quatuor conspirationi ventorum flante cupiditate, quod animi lumen intrinsece erit? Inquietis turbibus nauclerius, vel Notodumtaxat lacellitus, iam ad imum, iam ad sublimem iactaram nequit dirigere ratem. Quemadmodum qui vertigines agit, cerebro turbatur, donec corrut; si aliquo rectâ ire conetur, in diuersum vadit; cegrellitus ianuam, impingit in murum, illisa fronte; omnia euersa videt: ita circumtractus animus affectibus videt, nihil, ut est; omnia inuersa, donec mens concidat adaequata pecori. Hoc affectuum voracie deiectus suo & honore & statu animus se alienare nescit, sūque nequit se afflere angoribus, amarissimis cupiditatum fructibus, minus ipsis cupiditatibus, angorum floribus. Hæc sunt libertatis obflacula, nisi purificetur cor:

*Nubila mens est,  
Vinculaque frenis,  
Hac ubi regant.*

Blanditor affectuum intellectus, parasitūisque cupiditatis, grata libenter dicit, & ad gustum blatterat.

*Cap. 56.* Pro exactione finis gubernantur cætera illi seruient

seruentia; quare pervertuntur, sive peruerto, sive subverbo illo, inter quæ iudicium est & scientia; quæ dum seruit diuinitarum libidini, terrena à diuinissimo Iacobu dicitur; dum delectationi, animalis; dum fastui, diabolica. Quæ partē acus magneti contingit, cō inclinat & respicit: sic acumen intellectus eō trahitur, quā voluntatis contaminatione inficitur nam affectus

*contage sua palloribus omnia pinguit.*

Omnes colores arquatis videntur lunati. Sapiens Arabus dixit: Cum nemo erit, à quo consilium petas, si te ipsum adhibebis, fuge consilium, quod proximum est cupiditati: nam cupiditas hostis est intelligentiae. Sed & illud idem egregie: Sociæ est cupiditatis cecitas. Magna instrumenta leui forde impediuntur: virus dens in aliqua horologij rotâ æruginatus totum artificium impedit, motum retardat. Undique terla, splendida alba voluntas sit, ut quicunque, suamque gubernet facilem letitiam, scilicet, ut libeat, quidquid libeat, si bene libeat.

Dicas, quælo, quo taxas pretio liberum esse, Cap. 57. dominum tuarum actionum, in dñi votorum, grandi potestate; inter celestes honores centuriari, Regem esse, si mundi non credis, saltem tui ampliori dominatione? Cur vilissimo pendis honorem, commodumque istud, facili te dedens passioni, acerbæ tyrannidi? Fingamus premium libertatis propositum brutis, liberis propterea solùm ad opinionem indolis. Propone iconi, aut equo, oblatum libertatis æqualis ac

humane priuilegium , ita lege , vt impetus ille mitificet ira . hic cupidinis . Moderatum pretium non negarent , siquidem illud exactum , quod vltro exhibendum . Gratis homini ratio , libertasque data : sed ipse rationalis vendit , pro quo irrationalib[us] mercantur , pro futuro , pro libidine ; etimulatur opprobrium brutorum exauteriorum ingenuitate sua ; emancipatus diuina cognitione & familia . Quidni ? Mancipatus mancipiis fortunæ .

## ASCESIS II.

*Passio passione non eluenda.*

Cap. 58.

**V**erum ista affectuum expiatio sit , & singulorum , & omnium . Non satis est mitigare perturbationem , nisi id fiat , non perturbationem . Multis aurantium satiatum fames honoris : alius libidinem extinxit ardor iræ . Adolescens Tententianus flammam Cupidinis iracundia domuit . Diuina est mali potentia : adeò pessimum singula mala sunt , vt se non tolerent , libique repugnant . Vitia aliena ferre non pollunt vitia nostra ; sic & propriæ grauiæ sunt propriis , fortiora infirmioribus . Superbus odit alienus superbiam , non odio superboæ , sed amore : quia ipse superbis est . Siisque sibi visus est impediri ab alio gloria : quia diligit superbiam suam , odit alienam . Sepè non tam amor virtutis , quam zelus vitij ,

*Passio passione non eluenda.*

181

vitijs , male de vitiis meretur . Ita est : vitia sua ipse odit viriosus amore vitorum , sed maiorum . Aliquando , inquit pius Guigo , displaceat malum sine mercede boni : sed mala displicentia est etiam mali , vbi bonum non placuit . Succumbis , nisi cum virtute vitem domes . Verissime illud Arabicum : Non vincit , sed vincitur , qui malum malo vincit . Tunc indicium certum non democratio passionum cor occupari , sed monarchia pessimæ alicuius affectus , &c , vt suo nomine dicam , tyrannide . Tam validum tunc imperat vitium , vt seruant , cedantque ipsa vita .

In hanc tyrannicam potentiam insurgit ali- Cap. 59.  
quando aliqua affectio : quia sine paecto & fide  
vitia inter se sunt . Singula seorsim , siveque legis ,  
sui ritus , nec vt virtutes in fine federantur . Ad  
errandum non proponitur scopus . Singula virtus  
suum iter , suum terminum habent , suum præci-  
pitum , sine ordine sunt , sine federe , in diversa  
contendunt . Ita malum malo contradicit pro-  
pter inordinatum incursum , & viuis finis defec-  
tum , qui tamen est feedus , fibulaque virtutum  
in eadem confertarum linea , vt pretiosissimi  
vniones , in qua vnitæ aut vna sunt , aut vna , iux-  
ta Apollophanem . Malum tamen , quia disper-  
sum , & sibi non amicum , & virtuti est hostile .  
Via cuiusque vitij singularis est , & ab alterius  
debet , & à virtute autia : idè licet inter se inimi-  
ca sint , seseque fastidiant , virtuti etiam dissen-  
tiunt . Quare nihil de virtute meretur , qui vitio  
vitium perimit . Sancta virtutis manu trucidan-

M 3 tur;

tur; feliciter, valida feriuntur. Virtutis virtus maior est & fortior, quam virij robur. Vna virtus duobus sufficit contraria: duos animos opponit, obiecitoque contra illam natura gnata virium boni, & mali: validius propterea destruuntur, que virtus deuastat, quia robustior.

Cap. 60.

Interdum tamen fallimur, & ex specie arma virtutis iudicamus, que sunt virtij; quia pari personati vultu. Simiam suam qualibet virtus habet, simile vitium similia fingens, quod amico gestu hostilia parat. Fortitudini temeritas, prudenter duplicitas, magnanimitati ambitio, blanda augustaque insidiantur facie. Interdum speciosiora virtus sunt, si ad formam virtutis conponantur. Larua speciosior fit, quam naturalis vultus choragi. At

*Quale caput est, sed cerebrum non habet.*

Isti formati, &c, ut sic dixerim, affectati affectus persona dumtaxat sunt: quia sine ratione. Pulchra facies; sed superficies. Elegans caput; at sine cerebro. Forma virtutis; sed, quia sine mente, que virtutem implet, & animat, inanis. Tota fraus, similitudo est; nec aliter quam Smerdes deprehensus, quod mutulus antribus fuisse; in eo virtus dignitatem, quod integra sit, germana, auctorita, obediens omnino rationi, vndequeque quadrata, constans, itans post omnem iactum & iacturam. Nullum Regem sui fecit, nullum beatum, nisi integra virtus, cui solum fida felicitas est.

Cap. 61.

Dignoscere subtiliter affectus prauos operatur,

tet, ne ignoscamus, nec specie probabili cetera pericula nobis creemus. Imbuti Amyclarum ciues dogmate Pythagorico, cede abstinentes animalium, serpentes fixa palidis non occidebant, à quibus mox deleti fuere: ita, dum una cupiditate abstinentes alteri indulgemus, hanc non ex virtute veniam, ab ipsis cupiditatibus delebimus. Si ad tempus componuntur, & mitescunt, nulla est fides; cum minus putes, se explicant. Quidam Ægyptius instituerat simias ad chorum, adductisque ad saltationem personatis quispiam ex spectatoribus obiecit nuces, ad quas repente illa procurantes chorum & modulos reliquerunt cum rivo; pro chorea, rixa conferta nucum causa: ita serui interdum, concinnique affectus aliquandiu videtur; sed tandem nesciunt se dissimilare, (hoc etiam stultitiae debent,) harmonianque animi commutant in tumultum, prout libidinis opportunitas prouocauit.

Argute à Simplicio appellatur ambitio, *X. Cap. 62.*  
τοι πάλαι enim illam ultimo eximus, postrema est vitorum tunica, affectuum subucula, intimum adhaerescit animo adhuc cæteris malis ob ipsam depositis. Opprimit alia virtus, ut credas eximiā virtutem: sed egregie eam dixit Blefensis charitatis simiam. Totus tamen zelus malitia, profectus sui est: ad sumnum opprimit virtus, non perimit. Duo mala fiunt, dum malum ob malum deficit. Domesticia & præcordialia, fortasse chariora, virtus vieta fiunt, que non tam reprimuntur, quam recludentur, & vicit

vitium insolentius, asperiusque insurgit refractis reliquis, ut quod omne ius usurpet. Cæteram & prouos alios affectus, non tam repellit a corde, quam compellit in cor: non liberat illis animum; sed illos incarcerat in animo, conunque apertas actiones dñtaxat cohibet: namque, qui ob reuerteriam, non virtutis verè, sed narrare, re non scortatur; obscena non cessat, turpiaque cogitatione tractare. Quin nec magis impugnat aliis malis, quam sibi, hæc gloria cupidio: plerumque se deinceps, sed, ut exurgat, adunca affectione in se reflextur: summittitur, ut attollatur: dum in caput suum videtur saepe, recentibus ut hydria pullulat. Itaque extingueat affectum affectu, exciteare eum. Canem fugitivam ligat laetibus agminis, qui compescit cupiditatem cupiditatem. Si forte infirmior cohibetur, effervescit pollutiorum est effundere venenum; sed transfundere, & ab uno in alterum transmittere calicem. Aque ex vitro, atque ex auro, virus viscera subit, & contaminat. Parum refert in auro cupiditas sit, an in alieno poplite, ob equo, opinione, nomine, in quaenam & fama, fragilior re vitro: utrobique præcordia mordet, & pungit. Aliud est abducere affectus, aliud mutare: aliud commutare passiones, aliud metuari virtutem. Ne simus tripeza capiditatum; sed emptores iustitia & honestatis. Siue avarus, siue ambitionis sis; cupidus es, & sufficit fortuna; satis est miseria.

Cap. 63.

Quid agis? Ex uno affectu admis, alteri adi-

cis.

cis. Quod tuam tibi plus admis pacem, deicias quietem, & lâginas hostem robustum, ut licens rationi sit rebellis. Pacatus regnum est, tamque tyrannide, cum Primates æque, & mediocriter pollent. Cum aliquis nimis eminet, iniminet, nec sine suspitione affectionis cauetur: ita cum omnes affectus mediocres sunt, minus pericitatibus regia auctoritas rationis: at, si ita vias emineret, omnium in le viribus collectis, facile suo illam expelleret solio. Robur unum in uno violentius cedit, quam per cæteros dissipatum, qui difficulter federantur: licet enim contrarij sint rationi, sunt & iniucem. Itaque oportet non solum partem secare cupiditatis, sed omnino extingueret. Fera vulnerata ferocior est: interdum multa cupiditas violentius trahit, valentius saevit: qui caudam dumtaxat, viperæ calcet, in maiori erit discriminé: nisi totam possit strigere, praefat nihil: leæ acerbior fit. Hoc contingit, si cum virtute non resiliimus, quæ omnibus resistit malis; quæ, cum vnam cedit cupiditatem, cedit omnes: at, quando non à virtute ceduntur affectus, sed ab alio, & cupiditas vapulat cupiditate; nihil aliud fieri, quam cum leo canda se verberat, ut irritet. Omnes cupidines cadant valida virtutis dextra. Æneanes sibi ex oraculo persuadabant, fore, ut amitteret patriam terram, si particulam largirentur: ita, si deficitus in particula cupiditatis, si vnum remittimus affectum, laxatur tota cupido: si ad tempus soipiatur, mox recreabitur: si fugies, redibit.

M S Qui

Qui cupiditatem alia pellit cupiditate , canem pane pellit : si delectantur omnes præter vnam, & ab una ex homicida reuiuiscent.

Cap. 64.

Ad exemplum huius scena narrabo antiquam apud Iapones historiam. Due in illo imperio præclaræ familie erant , quæ in se fæctionis regni traxerant capitali odio æmulæ , iugi ferro & igni dissidentes ; hæc sunt , clades , cruent , bella , pessime radicis æmulationis poma. Semel accidit , perisse omnes alterius familie , nullo nisi infante quodam superflite , cui hostilis furor indulxit : sed adulstus restaurauit ille solus odia , tisque comparauit vites , tor copias coegerit , vt fuorum sine misericordia cædem vindicaret , trucidatis omnibus contrarie familie , & fæctionis æmulis , superflite nemine , sive adulorum , sive infantium , sive virorum , sive steninarum. Doctus misericordia sui , immisericordis fuit. Nouerat multorum mortnorum vindictæ sufficere vnum viuum. Idem in animi republica puta , ubi victorum , virtutumque familie æmulis ardent fæctionibus : aliquando pluribus vitiis deletis , si erga vnum benigni simus , hoc vlciscetur alia : delebit virtutes , non plures , sed omnes. Quare , oportet securitati nostra cunctos finitimos trucidare affectus. Athalia omne semen regium macrara : ereptus solùm infans Iosas eam spoliauit regno cum vita. Quid interest vnum solus affectus refert , si hic vindicet cætros ? Quid interest , deficit , si forte deficit passiones , cum una sufficiat miseris ? Quid refert , sunt pauci hostes ,

fr

si sunt plus valentes ? Numerum potentia comprefat , aut excedit.

Sola virtus pacificat & explanat animum : nisi illum æquabilem , nisi ratio facit ; eundem in diuersis ; vnum in omnibus vita casibus. Qui-dam , vt Cimbri , labores belli ferent hilariter , ægritudinis ægré : contrâ alij , vt Græci , tolerabant humanae morbum , pessimè hostem. Nisi virtus firmet , adhuc inconstans est ipsa constans. Idem animi tenor , si ex bono est , vbiique est. Totam per omnes modos virtutum choream vna ducet ; perinde vt in harmonice aptata cythara , si vnam solùm tangas fidem , cætera resonant : sic in animo temperato , motus vnius virtutis ceteras opportune commouet ; vnius omnes , sive respondent , sive concinunt. In sonitu vnius filii harmonia non confitat , omnes debent chordar conuenire : ita omne opus , omnis patientia resonat virtutum , cuius ex multis , ex omnibus , & vbiique symphonia amoenat.

---

### ASCESIS III.

**I**am ad instrumenti ysum pulsus spectat , qua- Cap. 66.  
re gubernandum vi. Ob huius imperitiam  
pereunt non pauca artifacia. Ducturus pictor  
subtilissimum filum , si appriuat pennicillum ,  
lituram , non lineam producit. Lapidarius poli-  
turus

turus petram, si toto lacerto infligeret, infringe-  
ret potius. At, si faber lento & molli malleo  
dimitaxat lamberet incudem, & non cederet  
pleno robore & halitu, nunquam ferrum cede-  
ret. Huius generis voluntas est; robora exigit; pi-  
ritusque,

**Nullum est** *Omnis est r̄epliūs īp̄od̄ior p̄el̄or s̄ic.*  
**pr̄eſtāniūs** *Animus, vis, audacia, commixtus virtutis, at-*  
*w̄it̄e viatī* *que felicitatis est; non diuitiae, voluptas, fastus,*  
*cum, quām* *Hęc potius viatica miseria. Consentit Menan-*  
*s̄adūca.*

**Hominis enim  
benie auden-  
ti, etiam ca-  
lum pernici-  
os.** Nihil inuium est animo forti & audiendi. Deambulat, iuxta Euripidem, virtus super labores, ferreosque interdum affectus tractat: nequit, aut delicato pede supergreedi, aut molli dextra agredi. Omnia pretiosissima res, libertas est: qualis libertas sui erit, felicitas inquam? Quid mirum, difficultas pretium commendet, si vigor felicitatem? Vis materiam virtutis preparat, subiectum, & vniuit suam a liberitatem.

*Cap. 67. Non imperite Musonius, omnium difficultiam atem felicitatis dixit, difficultorem medicina, musica, & mechanicas. Ceteratum disciplina est innoxia, & inculpabilis, sine pugna, sine contrariis, sine oppositis moribus, sine auer-  
santibus habitibus virtutis cum confictu est.  
In aliis artificiis materia resistit: hic & artifex  
sibi obedit, & consuetudo impedit. Quid? Ipsa  
præcordia male lana & affluta repugnant; afe-  
tusque non tendendi, sed eradicandi. Annosam  
quercum*

quercum sine vi non euelles: cum stirpe est,  
quod intus repugnat, &c, ut S. Ennodius ait,

*Vixit mediallis, quod necat:*

### Turbantur alta viscerum.

Extratio sui fine valentia non sit, quia non sine  
violentia. Vis desideratur, & iuxta Pseudo-  
Xistum, infinita: quod credo in molioribus libi-  
dinibus cum religione dictum, & non sine Philo-  
lophia venia: namque & momente perimen-  
da sunt, & fortissimae sunt armulae. Nec calo  
momento superari potest, iuxta Phyllicorum pla-  
cita: nisi aduersitate qualitatis vis infinita sit. p.  
acutioribus configens copis, non viceat, nisi valen-  
tioribus. Non totus tu pugnas pro te, sed dimi-  
dium tui. Comatus supplexum est. Qui duellum  
acceptaret hac superba lege, ut vna manu dum-  
taxat dimicaret, annulus cum vtrique infolientis  
oporteret esse roboris. Quid, si aduersus plures  
vnum solus alterius faceret multilis? Cupiditates  
infinitas sunt: tot hoites habes sine latitudine pu-  
gnatorum: et si singulae infirmæ forent, numero  
sunt robustissime, importunitate molestissime,  
& cetera sua te vincent, & protervia: nisi vali-  
de, diique (nesciunt inducas) obstes.

Vt vrbs expugnetur, quo[m] machinæ, quo[m] Cap. 68.  
copiæ, quo[m] ingenia, quo[m] armæ queruntur? Plus  
est sui potiri, quam rerum: plus etsi inuidere,  
quam vrbes, quam orbes, quo[m] non sine vi fieri.  
Potentior tibi hostis es, quam hostilis Xerxis  
exercitus; expugnatu[m] difficilior castris turistis,  
præsidii, & cinctis triplici muro vrribus. Quo[m]  
expugna

expugnatores virium fuerunt, qui se non potuerunt, non dicam, expugnare, sed propugnare; ne dicam dominari, sed tueri, quia nec in-tueri? Quare, fortior est, qui dominatur animo suo nulla voluptate captus. Is ~~est~~ <sup>ad dicitur</sup> prius est, inquit *Elius Aristides*, quem expugnatori preponit virium homo ethnicus: hereditaria superstitione, Eudemonis filius fuit, Sacerdos Olympici Iouis; sed religiose interpretatur Salomonem: O τὸ τοῦτον λόγον τὸν ὑδονόν, οὐ τε περι ψυχήν αὐτὸν ἀπλύνειν δοτὸν, τὸν οὐκ ἔτος ἐπινόητον είναι εὐδαίμονα, οὐ τοὔρων, οὐ καρτερῶν; Τέλον μὲν εἰρηνής, οὐ πολεμίας οὐ δολερίας, οὐ φαύλων ὄτες σις ταρσού, οὐ δολοφόνων τρόπον. Καὶ δὲ τὸν μάντυν πολλὸς καὶ τὸν πορείαν ἀγαθῶν διδόνων πρατιθόσος ἐπον. Quantò est temperā, præstantior mens lato; et præfata expugnare se, quam vires: quantò melior animus corporis, melius est vincere se, quam alios. Alienam victoriā hollipiū dumexat domat corpora, non animos, qui eo plus effterati, indomitiq[ue] sunt, quod videant dominia corpora ligno, ferroque adstricta: at victoria sui ipsum superat superiorē mundō, cælōque animum. Vulgares, vilēsque vii capere ciuitates clarissimas: sed viles voluptates viros clarissimos. Plutimi subditionem suam oppida, metropoles, regna fecerū: pauci, ratoque semetipos. Ad hanc, ut Vrbanus sui nominis quartus, Maximus Pontifex, eleganter dixit: Cūm quis contra populos, vel vires decertat, totus sumū interior, & exterior homo pugnat: at, dum contra se, non totus, sed minor

not quam dimidius dimicat. Quidni? Dimicat ut inermis: sed, quid mitum, sine armis, si sine fe: Igitur non molli & ignava manu, qui pro se militat, tam minima sui parte repugnet, pugnante.

Illi considerandum est ad exemplar virtutis, Cap. 69. quātum robur probetur Ethnici in Alcide, ecclæsiasticis Sapientibus in Samfone. Illi, cum egregiam nullam præstatis formam habuissent, proposituri finxerū robustissimum virum, incredibilis instrūctum viribus, per omnem violentiam versatum, per omnem eruditum cole-rantiam, vīque ad cæli patientiam, quod vicario sustinuit humero: namque hac maxima viro-rum probatio, sustinente etiam ipsum Deum. At qui hanc vim invenimus necessariam, non in artu corporis, sed in arte mentis; non in lacertis, sed in virtutibus; non ut habeas, sed ut adhibeas. Iam habes voluntas est. Quid necesse est: Velle, quod raro bene habes, raro generose. Omnis palmarum tu, eit animosa bona voluntas. Nullam sine huic bonitate bonum habebis, hoc est, facies. Habes, quod laboras, quod agis, quod vi facis. Non veniunt gratis magna bona, potius veneunt. Nummus, aut angor, aut la-bor est. Hoc Dei conniectum, sua labore, iuxta Epicharmum, vendentis bona. Aude, ag-gredere, conare, &c., prot voluit Fabianus, in-cursu auerte aciem, non minutis vulneribus, im-petu, non subtilitate solū aduersus affectus pugna. Meticulosi terga vertentes magis expo-

nunt se discrimini aucteris, apertique, cum non alij telis obiciant, quam tergus, ignauorum clypeum. Plures solent cadere in fuga, quam in pugna. Duplicat aduersarius vires, qui fecuris de se restaurat impetum maiorem: vires antea diuisas, attentas etiam ad defensionem sui, colligit ad offensionem hostis iam pauquam exercitum, quia fugientis. Quare, non solum honorator, sed etiam ipsis vicis securior est pugna, quam fuga. In cursu fiet relucentis; haec libertatis tua vis est, poile te cogere: hoc tui arbitrij ius, te necessitate, ad victoriam, scilicet, si ad pugnam. Maxima coactio & violentia opus est in iis cupiditatibus, quae magis aliena sunt à ratione. Qua parte consentimus bellus, eodem nobiscum gerendum modo. Ratio ne non flectuntur: compellantur. Admittit & vim virtus, & gloria libertatis. Subibit, si non per vim, saltem cum vi amata. Hanc vim præcipue aduersus mala, & in malis commendo, quae rationi minus parent. Ad bona Dux esto, ad mala miles: nam prospera mente sunt regenda, aduersa manu vincenda, aut toleranda. Felix ille, qui bonorum rector, malorum impugnator est.

\* \* \*

## ASCESIS

## ASCESIS IV.

### Diligentia de bono.

**C**æterum & artes sunt plura exigentes; nec *Cap. 70.* contenta industria & robore, diligentiam appetunt. Iners industria cum incuria est: debile robur cum torpore. At, cui magis debita solicitude est, quam virtuti totam solicitature vitam. Cui magis cura obnoxia, quam omnia curantur. In ea præcipue re cura amanda est, quâ nihil cureris adhibenda diligentia, ubi omnia negligas; te primum, si tibi prouidere vis. Cura virtutis est secura incuria, tutta felicitas, procurata fors, prouisus casus bonorum, que piger fugit morando. Proximum est, ut nuquam facias, quod in proximum vis facere. Modesta repulsa, procrastinatio est. Nobis ipsis urbani sumus, & rationi aliquid boni fligantib[us] urbanè denegamus. Non iniquimus: Nolo facere, sed, Postea, cras faciam. Damus verba, & nobis imponimus, ut miseri simus, ut mali. Ipsa vota recordi cunctatione dannamus. Sæpius luit fortuna culpas nostræ ineritie. Aptè Bernardus Sylvester inquit: Raro diligentiam cum infortunio sociabis. Diligentia, mater fortunæ in pluribus fuit, siue, ut sic dicam, quædam altera, & factitia fortuna: alteram dico, non secundam; quia, quod fidia sit, melior est; & quia præuenit, prior. Est quædam manualis prosperitas, est præcox & anticipata fors. Cum om-

nium rerum velocissima fortuna sit, precurrit illam diligentia: prius interdum donat, quam fortuna mutuet: & nefcio, an dicam fortunam, spuriam diligentiam; an diligentiam, legitimam fortunam.

Cap. 71.

Id falcem nemo negavit, addere fortuna non quid leue, addit dignitatein, addit, vt sic dixerim, mentem illi, qua bruta etiam a sapientibus diffamat, cum pro voto & ex consilio sit. Non aliud deest fortuna ad sui reverentiam, quam quod non sit in humana manus tam calumniam diligentia expiat. Addit & lumina excusat fortunamque iuxta illud Plautinum,

*In occipito quoque habet oculos.*

Fatuosum illum, fatulum tamen, fortuna titulum, quod omnia sibi serviant Regine omnium, iure viuprat: nam diligentia ipsa servit fortuna.

Omnia sunt  
mancipia di-  
ligenzia.

Verius itaque Antiphanes ait: *Tunc emperatores  
d'ea maxia vivent. Quid aluit Datamis Marti-  
tiam felicitatem, an militaris peritia, an robur?  
(istud hostibus maius.)* Perugil, indefessaque sollicitudo. Fortunam sibi, priusquam hostes, subegit. Non aliam felicitatem, quam diligentiam nouit: felicior, qui fecit felicitatem, quam qui reperit.

Cap. 72.

Si ad fortunam casu occurrentem vigilia valet, quantum ad virtutem valebit soli obuiam consilio: Insonnis opilio pro pecude pernoctat: eur pro felicitate non expurgicimus, nisi quod dannis nostris, aut inutilibus, diligentes sumus, voluptati, otio? Quemadmodum canis illa fabri

in

in Apologis Locmani, vetustissimi Persæ, quam malleorum strepitus & somno non excitabant, & ad dentium sonitum & masticationem, cum comedebant, euigilabat statim. Respice aulam: tot Argos, tot Briareos inuenies, quot ambitionis, oculis, & manibus vberes, vt natus Principum distinguant, vt ex vultu, velut ex tripode, augurarent oracula cupiditatis, transpiciant gultus, aras adulantium, & officio precurvant iussa. Precepit aula, id est, adulatio[n]is, ars, diligentia est. Ne quis alter Deo placere, ne quis tibi. Inertia enim primum sibi grauis est; & praeter ignavia non prouisum damnum, sua se multat pronidentia. Qui voluntatis causa deles est, is, ait Thucydides, confititum desidit[us] sua incunditate, praterquam quod segnis sit, priuabitur.

Desident importunitas cicadae modulis in testa. Cap. 73.  
teuant formice operas. Succedit hyems: illarum orium fructificat mediam; harum solertia copiam, quibus inopia cum diligentia fuit annona, fuit fortuna, fuit fortunæ. Bestiæ, quas missellas, despactasque natura fecit, quas innoxias damnauit hyemali ergastulo, quas viuas sepulitura denegato (qua solum auranticum cum mortuis vtitur) vicit, ipse sibi carcерem in horreum mutarunt, hypogaeum in triclinium. Vna omnium animalium formici diues est, habet, possidet, conidique. Alia in diem visitantia pauperima sunt; scilicet, portionem prouidentiae natura sue in illarum diligentia delegauit: sat fuit de illis solicita, quod sollicitas fecerit. Plus pro illis cu-

ravit, quod curas cum illis diuiserit. Ita etiam saepe fortuna partem sui iuris cum diligentia partitur.

Cap. 74.

Conser apem, & paonem. Quanto ictum studio natura complit, quam negligenter apiculam: Vix formauit: auara materiam dedit, exiguam distribuens, distracta, & quali sui oblitus speciem contemptibilem posuit, non dispositus. Sed aufer e mundo paonem, quid anitemus? Aufer apiculam, quanta auferetur utilitas, gustus, lucis, valetudinis, & mensae, & aera? Diligentia sua negligentiam emendauit natura, pretiosiorem se faciens speciosi alite. Quid miraris? Studio proprii laboris, studium alieni scenoris vicit; hoc satis prelata, quod studiolum facta. Ad has te iure remittit pacemnia bestiolas, imbucendum disciplina vita. Abest communibus voluminibus exemplum apis; sed illustre est, dignissimum, non modo hinc charta, sed peccatori facio inferendum. Eleganter Sapiens ait: Ποιεῖσθαι τρόπος τῶν μέλισσων, οὐ μάθε, οὐ ἐργάτεσσι, τίνω τε ἐργάτεσσι σέργειν μονῆται· οὐ τὸν πόνον βασικός τε, οὐ, id iusta τρόπος μητέρων τετραπλεῖται· τούτου δὲ οὐταντού, οὐ τίνος τε, καὶ εἴπει τὴν φύσιν ἀδεινες, τίνω τοις τημένας.

## ASCESIS V.

Bonum debet esse continuum.

Cap. 75.

V Erum post curam, ut efficiamus securitatem animi, oportet securam facere, & constantia-

stantia neruo vincire: nec enim periti artificis est, opera caduca faceres; sed fundata, æterna. Magnum premium dat rebus diuturnitas. Vitrum si lecunitate equaret aurum, pretio superaret. Sæpe pretiosius, quod in rebus est, tempus est. Antiqua artificia antiquius habentur. Dignitas est durans: erit & posse durare, nec facile infringi. Integros animos reddit virtus. Ipla res integra, res vita, non hora, non diei, qua cum Sole occidat, aut cum Sole non oriatur, interdiu, & noctu, ubique & locorum & temporum amanda, qua adhuc in exitu inchoat; res perpetui initij est, ne offendat finem; perpetuò nascitur, ne inquam occidat. Nulla dies sine linea, quanto magis sine puncto? Ego malleum, nulla hora, nullum punctum sine virtute. Res continua est: frustra fiet, si per frusta. Ex fracta patera non aleremus vitam; cur ipsam vitam infringimus? Idem velle, idem nolle, est sacramentum sapientie: nec enim nisi ad rectum unitas voti reperitur. Vitium dissipatur. Continuum complacentiam sustinere, non nisi honestas valet. Hoc pessimum malum habemus, mutare mala, variare vita; non ponere cupiditates, sed transponere: alioqui vel virij tandem citius boni essemus.

Nemo in bono stare potest, qui non progedit. Basis diuinæ imaginis, virtutis dico, progressus est. Ut stet immota, promoueat. In constantia collocatur istud Dei pulcherrimum simulacrum; nec ibi stabilitur, nisi per continuum progressionem. Facilius fatigatur, qui diu stat,

N 3 quam

quam qui interierit ambularet. Rectudo humana status, & figura consilens gressu potius, quam statu constitutus absque sede. Specia ita-  
ctorum humanam: tota in antecessionem componitur. Commodius artus compacti sunt ad progreendiendum, quam recedendum: ire ulte-  
rius, non recessum, voluit diuina mens. In ho-  
reum caducarum, fluentiumque alueo retrahemur impetu declini, si anteriorum non tendamus, in modo contendamus. Sufficit, ut te inuenias  
retro absque alia diligentia, aut negligientia tua,  
dum in annem non procedas, & fluctus impugnes. Adnatare semper est opus, ne redacti, re-  
volutique vnde absorbeantur. Dignata est Sa-  
piencia celi aliquando consentire faculari in  
hoc veridicæ, & non stulta, fatigatos ex virtute,  
damnamdoque ad exteriores tenebras, ad  
fletus, ad stridentes mugitus, obiciens manibus & pedibus obligatos: scilicet, inertes, inef-  
ficacisque innuit, aut deficientes, qui non pro-  
uecti, nec ad ultimum virtutis sunt egredi. Hoc  
ritu narrat Plato Ardiaum saevire: ubi nec obli-  
tus tenebrarum exteriorum, & fletus, & strido-  
ris, addidit aliam ceremoniam, quam non ex-  
pressit noster Magister Iesvs, non iam necessariam splendentem sua divina doctrina, quod  
eriam obligato capite proiciebantur ignorantes  
signans. Nunc nos malitia plus damnat. Non  
viderant Ethnici finem virtutis, & tamen pro-  
cedere iubebant: quid nos libero lumine, pro-  
posita certa meta, aut torpemus lassii, aut mora-  
mur

mur claudi inaequali gressu; nunc recti, nunc  
declinantes; iam boni, iam pessimi; heri studiosi,  
hodie maligni: Sanitas animi non laborat tertiana febre, vt frigeamus, & calecamus; vt alterna  
et agrotenuis luce. Non computat virtus atros  
dies, non est bicolor.

Sapiens est, qui nescit numerum: unum se Cap. 77.  
stabiliens ubique; licet minus sit unus, quam plu-  
ra. Plus est esse unum, quam multos. Magnitudo  
viri unitate confitat. Magnus est, qui non est  
multus, non varius. Megarice factio celebre  
fuit placitum, id bonum dimittaxat esse, quod  
est unum. Contentit & aliud Pythagoricum,  
unitatem spectare ad bonum, ad malum diuer-  
situdinem. Satis plura facit, qui semper eadem.  
Allequit nulla, qui sequitur cuncta. Id sis ho-  
die, quod bene heri: id cras, quod hodie. Unum  
impediunt plura: ad plura unum confert, in modo  
ad magna. Non est Geometria magnitudinem  
taxare virtutis, sed Arithmeticæ; cum continua-  
res sit: non cubitu, nec pertica metienda est;  
sed numero, sive unitate potius. Magnus est, qui  
unus, qui idem est ad emulacionem diuinam:

*Sic Deus est magnus, de se valet, & manet in se,  
cui summum & proprium est, semper id esse,  
quod est.*

Istante telera Diuinitatis, quam Prosper com-  
mendat, usurpat etiam virtus, cui nihil pra con-  
stantia consentaneum. Quid obiciens difficulta-  
tes & ardua passim occurrentia? Fateor, passim  
offendi, quibus offendamus; sed stulte solum:

id ipsum, quo pigritamus, nos citat. Nihil nos ab actione magis arduum arcat, quam artificem aurum, sculpiorem abies, quam usurium à mutatione indigens. Anne propterea deserta res ait, quod materia sufficit artifici? Materia virtutis difficultas est: quid quod difficilius quidquam occurrat, ut obinde desistas? Præstantior materia iuxta est. Nunquam vidi artificem opus fastidissimum, quod pretiosius metallo videtur: nobilior materia virtutis difficultas est. Dura, difficultaque ligna ad cathedram, vel statuam feligit faber, quamvis magis labore: cut ad sedem felicitatis, ad statuam Divinitatis recusat difficultem materiam, cum tui copia operis, ipsa difficultas, laborque sit?

Cap. 78.

Nihil igitur iuste impedit continuum virtutis gloriae; iuvant multa. In primis ipsa continuatio, que maximè materiam preparat, ipsa difficultates luxigans. Vere à Samio dictum, eligendam esse vitam bonam, gratam consuetudine fieri. Quid: Ipsi solendi mos gratus est. Mortor diuturnus, voluptas familiaris sapientie evadit. Maligni animi est, queri de natura, quod eam actionibus corporis praesentem voluptati mercede donauerit, salubres mentis functiones in difficultibus locauerit. Non reliquit sine fune, & maxima voluptate virtutem, sed cum ingenio id fecit. Corpori mortitudo voluntatem similem distribuit, lenilem, moribundam, in ipso suo natali expiantem, deficientem, quod plus procedit. Quod plus comedetis, minorem capis gultum,

gultum, donec fastidias, & ipsa sit acerba voluptas: animo tamen æterno vitalem dedit & orientem semper, quod plus diuinauit, inuenit diorem. Vnu nascitur, confuetudine augetur, & anni sit perennior.

Præstantissima præterea naturæ commis- Cap. 72.

sura, supplementumque, confuetudo est. Si in aliquo peccauit communis genitrix pietas, refacit hoc remedio. Mutatoria, voluntariæ indoles fit afflœfacio, per quam in illa te compones, qua velis. Hanc maximam liberalitatem suscepimus posse pro gusto mutari, aut componi. Mater amantissima non vnicā vestem vnguento dat, plures largitur, ut mutare possit nos benigna patens natura, non uno adstrinxit ingenio; dedit, unde mutaremus, & mutaremur. Non tantum ilii debemus, quod nos dederit: sed quod dederit mutatorios. Multum dedit in hoc, quod possemus recusare, quod dedit; quod possemus ponere nos, mutare nos, alios effici, meliores, inquam, &c, velut veitem, exure genium. Quantum ad bonum præstat consuetudo, collige, ex quo pollet in malum. Faciet homines meliores, qua potest facere alios: nempe, homines faciet viros, qua potest facere bellas. Sardenis quidam, quemadmodum narrat Aben-Ezra, elapsus à parentibus, in sylvas se recepit, ubi certorum gregalis, eorum ritu diu vixit, matibus, pedibusque gradiens, eodem vescentis pabulo; cumque Insula Rex cum aliis illum venaretur cernis, restitutus parentibus, ipsum alloquenti-

N 5 bus

bus respondit nihil, nec vinum, nec panem ap-  
positum gufauit, nisi herbam, donec parentum  
manus iterum euadens redire ad sylam. Ad eō  
conuentudinē favore, quod horribile, insulsum  
que, non modō in spontaneum, sed necelarium  
pergit. Quid mirum cedat conuentudini rūdis  
natura, si cedit ratio & politia? Tranfit in violen-  
tiam voluntas antiqua. Perinde ut voluntarius  
vīus abit in necelitatem legis, auctoritate tem-  
poris ligat enim conuento aequā ac prouulgata,  
solennisque sanctio: sic & in necessitatē  
nature transī. Repetitus mos popularum fit ci-  
uilis & communis lex: ita etiam singulorum  
naturalis & priuata. Quae aliena sunt, prædia,  
domus, vtenilia, vīu facimus propria post legiti-  
mam præscriptionem; indolem quoque alienam  
affuefactione appropriamus, & quoddam ius bo-  
nitatis aquirimus. Saltem conuentudine iura in  
te acquirit Deus, præscribat, & tui possessionem,  
vel vīu trade.

## Cap. 80.

Nemo præterea peritiam artis alicuius ade-  
pus sine vīu importuno; nec adipiscetur virtutis  
gloriam, quandocumque opportuē, ipsa sua  
præcipue importunitate. Archimedes perpetua  
figurarum descriptione vbique intentus sui obli-  
uiscetur, non modō voluptatis immēmor, sed  
vite, vītūisque. Compellebatur à seruis ad mi-  
nisteria vite, plus illa patiens, quam fungens.  
Violenter latus ad fouendum corpus vnguentis,  
interim digitis lineas per membrā ducebāt. Hoc  
contumaci studio nec aduertit fatum, quod in  
arte

arte sua exspectauit. Ita oportet momentum vi-  
que mortis præoccupare virtute, & vt huic vni  
intendas, nihil attendas. Quae semel optima  
conscientia vota nuncupasti, sempiterno con-  
sensu & nisu rescesserat; nec tibi verba des, sed, vt  
pius Honorius ait pro honore piorum,

*An ea mons migrat, quam tua verba cadant.*

Antea ē vita migres, antea tu cadas, quam de-  
cretum vita. Est consuetudo boni, fortis, nem-  
pe, iste virtutum nodus, quoddam vita lyrum.  
Pereunt antea acta beneficia, nisi nunc benefi-  
ciendo vias, in dō nisi percias. Omnis lata est  
vita in morte, si ibi repræsentetur. Sequentium  
operum processus præterita redimit, extremum  
reuocat priora, & raro ordine sequuntur antece-  
dentiū ultimum: at remissio operis contra id  
ipsum, quid gesisti, peccat, & infelicitissima po-  
tentia in præteritum valet; facta infecta reddit.  
Hoc agitur, cum non agitur: non solum in præ-  
senti non agere, sed pridem non egisse ad tota  
vitā momento uno pendet, à quo & aeternitas.  
Sapienter illud indicum à Megalsthene prodi-  
tum præsentem vitam monet. *Quoniam vero uero.*  
Conseruit sapientissima Syncletica, & magnus  
Athanasius. Est breue hoc tempus, fletatio & er-  
nitatis, adolescētia cui, intentus immortalitatis.  
Pessime ad aeterna instruuntur, nisi per conti-  
nuarinaugurati immortalitati iniquè mutationi-  
bus gaudemus. Conseruit autem ad hanc proceri-  
tatem, vt sic dixerim, tersam virtutis, ne ita ope-  
remur, vt qui mutuū dat, spe recipiendi, quod  
amitti

amittitur. Sui conscientia malitia est; nec titulus proprius ander nos petere integre & palam: furtum, &c ad prelens sollicitat, pollicita breui recedere, datura maiorem locum virtuti & restitutioini; deinceps iam minus importunam se promittens, ut immodestis petidores id semper promittunt, quod nunquam implent, non amplius postulare. His seducimur insidiosis: ingessa lemel in-gruit, & consumacion fit.

Cap. 81.

Paratum iuvat etiam esse, velut exercitus quadrato agmine ad pugnam componitur, cum hostis ignoratus vndeque creditur, in promptu vndequeaque & recentia habere omnia praesidia vitae, egregia aliqua dogmata & decreta animi, que quotidie promulganda cordi sunt: nam quotidie licet bene vivere, & oportet, si licet, quotidie potest male agi; & caueatur, si potest. Galenus singulis diebus præcepta Samij senis recitatbat sibi. Hierocles scribit, legem Pythagoream fuisse, bis in die illa repetere. Diogenes manu subebat præstru. Epictetus etiam ad singulas actiones. Ne molestum sit repetere eadem, si iidem debemus esse. Semper placet esse bonos; placeant, que semper bonos faciant. Non sit graue semel memorare, vnde sapientia memorabilia opiteris, id est, bona. Ut bene semel loquatur Orator, & Sophista; millies legit, relegit Tullij, aut Demosthenis fragmenta. Ipse Demosthenes odiis manu propria transcriptis volumen Thucydidis. Non parum intereat inter alimentum animi, & corporis; alitur enim ille,

quem

Bonum debet esse continuum. 205

quemadmodum corpus: huius autem cibus consumuntur, & in diem seruit dumtaxat; aliena cras querere opus est. Animi vero nutriti-  
tum, sine consumptione est: quare idem semper licet sumi. Precipuum tamen ad constantiam fidem faciet ratio; hac sola duci, non opinione. Veritas, rectum iudicium, pacificata ratio, eadem semper est: qui eam sequitur, idem erit. Salus erit; velut filum Thesei per vita intricata impe-  
dimenta, & obscuros calles secutus eudet. Opini-  
o quid instabile est, nec vno, nec suo statu ma-  
nabit, qui eam respectet.

Oportet quoque plurimum infelicia morum Cap. 82.  
tentamenta virtute, praefertim fastuosa: hec in-  
fausta magis sunt. Pessimi sunt arbitri morum  
honores, virtutis syrtes. Verissime dissimilati in  
hoc iam, sine suo titulo inhonorati, quod mutent  
mores. Qui invariabilis sui, virtutique feque-  
ster velit esse, & ambitionem, & ambitione oderit:  
suum mediocritatem amerit, id est, non tan-  
cum ferat, sed defendat: negligat non modò ci-  
piditates suas, sed que potuisse cupuisse. Alitilla-  
ma rerum omnium virtus odit alta: libertus  
amplectitur medium statum, quod in medio con-  
sistit: amat modum, quod omnia moderatur. Fa-  
ceret mirantibus quibuldam subitam cuiusdam  
mutationem pridem humili, modesti, benigni,  
donec in Abbatem oligeretur, inde iam elatio-  
ris, turgidique animi, respondit: Quod prius de-  
missio vultu incederet, erat, quod Cenobij claus-  
ues quererentur; quibus nunc iuventis, me erige,  
& cec-

& ceruicem attollo. Verum haec non fuit mutatio morum, sed declaratio. Maius damnum est, quod variet honos mores, quam quod explicet. Sæpe plures modesti, qui etiam iniuti prouecti fuerunt, in ipsi uxori dignitate corrupti sunt, indigna indecessit & in ipsa declaratione satis variat, dum degeneribus indulget, & speciem probatatis delet. Tam venerabilis est virtus, ut ipsi, qui eam contumescere & inaniare, colant; & ut se imagine rei sanctissimæ non peccatos faciant, pluribus virtutis abstinentia.

Cap. 83.

Denique ad opificium virtutis, nec tantum violentia valet, nec industria erudit, nec diligentia satagit, nec vius praescribit; sed fortuna est opus luminis operi, ut ab ipsa etiam nonnullæ prosperantur artes. Aliquid ultra, & supra mentem, ut mens recta sit, necessarium est. Quid? Facimusne virtutem famulam, cuius est dominus? Nequaquam. Nec fortunam intelligo hanc apud vulgus diffamatam, ut cæcam, bruciam, quæ fugit bonos, & quod dignis admittit, transfert ad impios, inconstans, fragilis, perfida, lubrica: sed presentem illum Numinis fauorem humanis affulgentem aetibus sine consilio, sine voto nostro. Diuinam itaque gratiam puto innocentissimam fortunam animæ: occurrit minus praesumenti. Hoc est ingenium, iuxta Stagiritem & Nyssenum, fortunæ, inopinis adesse. Monuerim hæc, ne putas, aut vi, aut solertia, aut cura, aut habilitate tua ad virtutem pollere. Sine gratia, aut hæc non erunt, aut erunt tanquam, aut peius quam

quam si non essent. Omnis honesta actio, omne bonum opus, opificium est gratia solicitoris ap. Eleganter Hildebertus dixit: Officium illud est hominibus gratia Dei, & velut in corum illustrata obsequium. Nihil sine Deo, anné & aliquid bonum? Omni bono adhuc minimo sumnum bonum praeditum.

Summam illam efficacem mentem adeo rebus negotiosis, etiam Ethnici putarunt, nihilque sine ea fieri. Non satis viam rati Deitatem tantæ rerum singularium sufficiuntam affidentiae, per multas distribui hanc cutam fixare. Hoc si dicitur tringula Deorum milia in his occupat curis. Varro trecentos Iupiteres enumerat, sine alia Dealitorum turba. Cuique rei suum dedicarunt Numen, quia nihil, nisi a Numine. Quid si uum Numen? Non nisi geminum: fæpissime multiplex. Infantiae nostræ Leuanam, Cuninan, Edulianam, Potinam, Vagitanum, Statilinum, Fabulanum, & alia sexenta. Suos quoque affectibus patronos Deos dederunt. Dederunt & virtutibus Pudicitiam, Fidem, Concordiam, Clementiam, Deas adorarent: quia nulla sine Deo virtus. Haec veritas mendacia plura consecravit. Igitur modestiam animi seruare oportet, &c., ut Diuus Paulinus ait,

*Mentem Christi humilem, celsum ad fastidia mundi:*

arque omnes nostros conatus iritos putare, nisi putemus. Sub nullam artem vrgetur virtus, nullo vincitur ingenio, nullis surgit machinis, nisi

Cap. 84.

nisi divina porrigitur manus. Nihil facies nisi nihil te putas. E celo venit celestis res. Omnia celo debemus. Lux, dextera Solis manus, qua officinam naturae gubernat, e celo est. Lac germinum tumentibus e nubium mammillis inde mulgetur, inde mulcebris calor, inde multiplex ille altrorum risus salutaris. Non minus pender animus e celo, quam corpus; sed cum differimine: influxus corporis dimittitur per plenum: influxus animi per vacuum, cum adhuc se exinanit. Hac sui vacuitas magnes sit diuini respectus, illes Diuinitatis, impatiensioris vacui, quam natura. Inest Deus ei, qui ibi deest: adeo, si tibi absis, ut Eunomo cicada pro filo, iuxta Pseudo Asclepij preces. Sapienter propterea Barbarus dixit: Caput disciplinae, silentium; caput omnis intelligentiae, delectio. Unus est bonus, cuius meritum ipso pretiosius est. Videns Scaphes discipulum vehementer inflatum, verissima obiurgavit sententia: O vir, tuus usq[ue] ad te es ne[que] est in magno, tu es, dico, et tu es usq[ue] ad me[us]ya. Quidquid recte sit, sed in bono id magnum est, addo & gloriorum: at, quidquid magnum sit, non est statim bonus; sepe vituperabile, raro secundum. Ius securitatis vindicat humilitas.

## LIBER


**LIBER TERTIVS,**  
**DE ARTE**  
**VOLVNTATIS.**


---

LEMMA I.

Iunanda est voluntas ingenio.



ACTENVS affluentis sue so. *Cap. 1.*  
 bretiat, hactenus lautissime abstinentie vires attemperantibus  
 cordis potenter summa cupiditate licentia, &c., quod mirum est,  
 innocentia, quod velit; voluntis summa felicitate, quod potest, suum absque squallore fortunae tutari sive proprio nativum florem pacis,  
 sine timoris septi, & voti omnium acutissima spina. Pollet amare voluntas, quod libeat; pollet & odire, quae nec metuat, nec cupiat dissolutis fortunae machinis, vel si in hoc se interdura violaret utrōque compulsione, ipsiusque sponte conatu. Ad aliud iam (nolto sepe ineptimus iudicio) officiosum illi organum animi compoſitū veniamus, socium sue virtutis intellectum,

O qui,